



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

84. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

244 REGINONIS LIB. II.
cere scelus non potuit, nec in finem percipiendam illi esse communionem.

Unde suprà.

Halitgar. lib.
6. c. 5.

LXXXIV. Si quis maleficio suo aliquem perdidit, septem annis pœniteat, & elemosynas multas faciat.

De eadem re.

Burchard. lib.
6. c. 39.

LXXXV. Si mulier maritum suum causa fornicationis veneno interficit aut quacunque arte perimere facit, quia dominum & seniore[m] suum occidit, decem annis pœniteat.

De his qui hominem suadent interfici. *Ex
Lege Romana. Pauli Sententiarum
lib. v. cap. xxv.*

Pauli Sent.
lib. 5. c. 23.

LXXXVI. Mandatores cædis, id est, qui homines præcipiunt vel suadent interficere, perinde ut homicidæ puniantur.

De eadem re.

Ibid.

LXXXVII. Qui verò aliquem interficit hominem, aliquando absolvitur; & qui non occidit, ut homicida tenetur vel damnatur. Consilium enim uniuscujusque, non factum, puniendum est. Ideoque qui cum vellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punietur. Et is qui casu jactu teli hominem imprudenter occidit, absolvitur.

De eo qui hominem castraverit.

Ex eadem.

Ibid.

LXXXVIII. Qui hominem libidinis